

Nachtrag.



(Die im Jahre 1188 angezogene Urkunde, wie sie sich
in der als Manuscript gedruckten: Genealogischen Geschichte
der Burggrafen von Nürnberg von Rudolph Freiherrn
v. Stillfried-Rattonitz. Goerlitz 1844, vorfindet.)

Liupoldus divina favente clementia Dux Austrie cunctorum Christi fidelium presenti universitati et future posteritati pacem et quietem in perpetuum.

Quoniam divina aspirante gratia elemosinarum largitate deum nobis repropiciare cupimus modis omnibus ut earundem elemosinarum largitis eis quibus collata est inconvulsa maneat, providere decrevimus. Quocirca omnibus tam presentis etatis quam future generationis hominibus notum esse cupimus: quod ego Liupoldis dei gratia dux Austrie annuente ac simul tradente germano meo carissimo Heinrico, nec non et dilecta compare nostra Helena ducissa, deo et beate Marie semper virginis, et fratribus in domo Sancte Crucis ad laudem dei congregatis seu congregandis, ex silva de qua prius eis partem quamdam contulimus, aliquid supperaddere necessarium duximus: Siquidem prius per ministeriales nostros Wichardum scilicet de Arnsteine et Ulricum de Gadme, cum aliis nonnullis ministerialibus nostris, predictis fratribus, partem aliquam silve nostre designavimus. Que cum minime eorum necessitatibus sufficiat, de eadem silva, ut jam diximus, aliquantulum adjecimus, et tam illam partem, quam prius eis contulimus, quam istam, quam modo addidimus tali libertate, qua nos eam possedimus, manu potestativa super

altare delegavimus, ut eidem venerabili loco et fratribus inibi deo servientibus, in omnes usus ac necessitates omne per eorum liberrime deserviat, ita tamen ut non extirpetur, neque stabula pecorum vel aparia ibi collocentur. Hanc autem nostram donationem non solum nobis proficere credimus, verum etiam optamus, ut deus ac dominus omnipotens, qui devotum offerentis nunquam spernit affectum, anime christianissimi patris nostri Heinrici et dilictissime matris nostrarae Theodore et ceterorum parentum nostrorum animabus regni sui concedat beatitudinem mihiique ac fratri meo, simulque amplectende coniectali meo ac soboli nostre sanitatem tribuat et incolumitatem et in regendo pacem ac tranquillitatem.

Verum ut nulli omnino hominum liceat nostram hanc donationem irritare. minuere, seu commutare, vel aliquod jus in ea sibi vindicare, presenti pagina statuimus terminos ejus distinguentes, testes annotantes, ac sigillo nostro signantes. Termini sunt isti: Per ascensum ripe, que vocatur Walt-satelbach usque ad locum cui nomen est Zossatum monachorum; adhinc usque Wurzwallen, abhinc ad fontem rivuli, qui vocatur Butenbach, et per descensum ejusdem rivuli usque ad semitam venientem de strata et ducentem ad montem qui dicitur Hagge; ab hac semita per aliam ascendentem et ducentem per locum qui vocatur Rotenprant usque in Hanf-pach; abhinc per viam ducentem per Radingsgraben ad Priventan.

Hujus rei testes sunt: Comes Dietricus de Wazze-burch, comes Liupoldus de Pleigen. Conradus purgravius de Nuorenberch. Conradus comes de Pilstein. Otto comes de Velburch. Ulricus de Asparn. Wernherus de Griezpach. Otto de Ransperch. Amelbertus de Cochhusen et filius ejus. Rodolfus de Wolvessteine. Kraphto de Amainspach. Ulricus de Steice. Wichart de Sevelden. Hedmarus de Cunringen. Albertus de Pfafsteten. Ortolfus de Winchel. Herbortus de Landesekke. Heinricus de Hertensteine et filius fratris Heinricus. Otto de

Missouba et omnes fratres sui. Chalho de Mulbach. Pilgrimus et Ortolfus de Mulbach. Heinricus de Ruhenstein. Rodolfus de Kirchlingen. Otto de Porsenprunnen.

Datum anno incarnationis dominice M^o. C^o. LXXX^o VIII. II. Kalendas Junii in Mutarn. Regnante Friderico imperatore feliciter. amen!

Sigill. append.

Die, der angeführten vorausgehende Urkunde, ebenfalls aus dem Jahre 1188, ist angeführt im Codex Diplomatico-Historico-Epistolaris etc. etc. opera et studio R. R. P. P. Bernardi Pez, Benedictini & Bibliothecarii Mellicensis, et Philiberti Hueber, Dum Viveret, Archivarii Itidem Mellic. Augustae Vind. & Graecii, Sumptibus fratrum Veithiorum anno MDCCXXIX mit folgendem Wortsäute:

Liupoldus divina clementia Dux Austrie & Styrie. Cunctorum Christi fidelium presenti universitati & future posteritati pactum et quietem in perpetuum. Quandoquidem superne dispositionis gratia in locum Illustrissimi Patris pie merie Henrici Ducis heres succedere, & principatum merui obtinere, dignum arbitratus sum & mihi meisque per omnia salutare, quatenus paternum circa venerabilia loca & devotionem & liberalitatem in nobismetipsis excolere & ad tam pie ac magnifice virtutis exemplar nos studeamus omnimodis informare. Unde quoque nobis visum est annuente & simul tradente Germano meo Henrico, nec non dilectissima matre nostra Theodora conferre Monasterio Sancte Crucis & fratribus. Domino illic ingiter famulantibus, aliquam partem silve, in qua idem Monasterium situm fore dignoscitur, optantes ut DEUS & Dominus Omnipotens, qui devotum nunquam offerentis spernit affectum, anime Christianissimi Patris nostri Henrici Ducis requiem & reliquis parentibus nostris regni sui concedat beatitudinem, mihi quoque ac fratri meo, simulque amplectende Matri nostre & Helene

conthorali mee, ac soboli nostre sanitatem tribuat & incolumitatem & in regendis subditis pacem pariter & tranquilitatem.

Hoc ipsum vero, quod de praefata silua antedicto Monasterio Sancte Crucis dare complacuit, manu potestatiua delegavimus eidem venerabili loco, ita tamen, ut nequaquam extirpetur, nec stabulu pecorum, aut apiatia illic collocentur! prefigentes, eis terminos, videlicet a Privitsone per ascensum montis, qui vocatur Husruke, usque ad initium fossati, quod vocatur Radingsgrabe & abinde per viam, que in eo, quod vulgo dicitur Eke, perducit in Hollerprande, & idipsum Hollerprande & inde per retro Hollerprande inter duos fontes duorum rivulorum, quorum unus dicitur Butenbach, alter vero Svvinbach, per viam dirigenrem usque ad locum, cui nomen est Wurtzvvale, pertranseuntibus eam, que vocatur Hermanesvvarte, usque ad fossatum, cui vocabulum, datum est fossatum Monachorum, ad cius scilicet initium & per ipsius descensum usque in Waldsettelnbach, & per ipsius quoque descensum, usque in campum.

Quia vero Ministeriali nostro Wichardo de Arnsteine, ad quem custodia eiusdem saltus attinet, aliquod ex hoc decessisse videbatur detrimentum, placuit fratribus sepefati Monasterii Sancte Crucis dare Wichardo vincam unam locatam in villa, que vocatur Vosendorff & agros quos ipsi illuc possidebant, quatenus neque ab ipso, neque a liberis eius pro iure beneficii ullam aliquando sustinere debeant molestiam. Verum ut hec nostra donatio rata semper maneat & inconvulsa, conscriptionem hanc nostri sigilli impressione roboramus.

Testes sunt hujus rei: Otto de Aschaimb, Poppo de Gnage, & filius ejus Ulricus de Chungenbrunna, Hugo de Aigene, Wichardus de Arnstaine, & filius ejus Pertoldus, Chunradus de Riede, Lutvvinus de Sunnenberg, Albertus de Pfaffsteten, Ulricus de Viehofen, Otto de Purchartesdorf

& filii ejus Rapoto et Henricus, Ulricus Dapifer et filius ejus Ulricus. Datum Anno Domini Millesimo Centesimo Octuagesimo octavo.

Zu erwähnen wäre noch, daß das so ausführliche Werk: Topographia Archiducatus Austriae Inf-Modernae seu. Controfzen vnd Beschreibung, aller Stätt Klöster vnd Schlößer wie sie aniezo stehen in dem Erzherzogtumb unter Öfterreich. Heervor-gebracht im Jahr 1672 Cum Priv. Sac. Caes. Ma. Durch Mühe-famen Fleiß Georg Matthani Biſcher. Geogr., uns von Arnstein keine Abbildung überliefert, ein Beweis, daß zu Ende des 17. Jahrhunderts von der ehemaligen Veste nicht viel mehr zu sehen war als heute.



